Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tuus; feci sicut præcepisti
mi. Surge sede et comede
de venatione mea; ut bn
dicat mi anima tua. Rur
sumque ysaac ad filium suum,
Quomodo inquit tam cito inuenire
potuisti fili mi? Qui respon-
dit, Voluntas dei fuit; ut cito
mi occurrerit quod uolebam.
Dixitque ysaac, Accede
huc ut tangam te fili mi;
ut probem utrum tu sis filius mus
esau an non. Accessit ille
ad patrem; et palpato eo
dixit ysaac. Vox quidem
vox iacob est; sed manus
sunt manus esau. Et non co
gnouit eum; quia pilose mani-
similitudinem maioris expresserant. Bndicens ergo
illi ait. Tu es filius mus
esau. Respondit, Ego sum.
At ille. Affer mihi inquit
cibos de venatione tua fili
mi; ut bndicat tibi anima
mea. Quos cum oblatos co
medisset; obtulit et etiam
uinum. Quo hausto. dixit
ad eum, Accede ad me; et
da mi osculum fili mi. Ac
cessit; et osculatus est
eum. Statimque ut sensit
uestimentorum illius fragrantiam;
bndicens illi ait, Ecce odor
filii mei; sicut odor agri
pleni cui benedixit dns.
Det tibi deus de rore celi et
de pinguedine terre abun
dantiam frumenti et uini et
olei; et seruiant tibi popli,
et adorent te tribus. Esto
dns fratrum tuorum; et incur
uentur ante te filii matris tue.
Qui maledixerit tibi male
dictus sit; et qui bndixerit
tibi bndictionibus repleatur.
Vix ysaac sermonem im
pleuerat, et egresso iacob
foras uenit esau: coctosque
de venatione cibos intulit
patri dicens. Surge pater mi
et comede de venatione filii
tui; ut benedicat mi anima
tua. Dixitque ysaac, Quis
nam es tu? Qui respondit.
Ego sum filius tuus primo
genitus esau. Expauit
ysaac stupore uehementi;